Wissenschaftliche Beilage zum 8. Jahresbericht (Ostern 1909) über das
Mommsen-Gymnasium der Stadt Charlottenburg
Berlin W 92, Wormser Strasse 11.

De Aristotelis Physicorum libri septimi duplici forma

scripsit
Ernestus Hoffmann.

Pars altera.

Friedenau 1909.
Druck von Hermann Brücker.

1909. Progr. No. 80.

Quod p. 244ᵃ5 pronuntiatum est *ὅτι τοῦ κατὰ τόπον κινουμένου καὶ κινοῦντος οὐδέν ἐστι μεταξύ*, iustum esse etiam ex definitionibus *ὤσεως* et *ἕλξεως* apparere v. v. 7—11 cognoscimus. deinde invenimus in *α* haec verba: *τάχα δὲ δόξειεν ἂν εἶναί τις ἕλξις καὶ ἄλλως· τὸ γὰρ ξύλον ἕλκει τὸ πῦρ οὐχ οὕτως. τὸ δ' οὐθὲν διαφέρει κινουμένου τοῦ ἕλκοντος ἢ μένοντος ἕλκειν. ότὲ μὲν γὰρ ἕλκει οὗ ἔστιν, ότὲ δὲ οὗ ἦν. ἀδύνατον δὲ ἢ ἀφ' αὑτοῦ πρὸς ἄλλο ἢ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὑτὸ κινεῖν μὴ ἁπτόμενον, ὥστε φανερὸν ὅτι τοῦ κατὰ τόπον κινουμένου καὶ κινοῦντος οὐδέν ἐστι μεταξύ.* e quibus sententiis haud una invenitur in *β*, tamen gravissimas esse eas acriter Spengel docuit, neque is, qui *β* editit, si *β* paraphrasin vel explicationem esse formae *α* voluisset, eas praetermisisset. et eiusmodi loci etiam alii complures exstant. confirmatur autem sententia mea vel magis eis locis, quibus *β* plures habeat voces quam *α* et eas, quae non pertinent ad rem illuminandam sed obscurandam (ut exemplum afferam p. 246ᵇ23) et eas, quibus quaestionum ordo in *β* ita perturbatus est, ut neminem *τῶν παραφραζόντων*, qui omnes erant docti homines, habeamus suspectum, qui tali non solum indocta, sed perquam prava interpretatione notionem rei involutae hominibus aperire voluerit. inprimis dico explicationem de motuum generibus factam.


Tertiam quoque liceat de formae *β* origine sententiam afferam. dixerit enim quis Shutii opinionem fore rectam, si id, quod ille inter Alexandri et Simplicii tempora dicit esse factum, iam ante Alexandrum esse peractum tibi persuadeas: esse formam *β* exemplum principis recensionis partim interpolatum partim mutilatum partim pessime descriptum.

Hanc ut sententiam sequatur, facile permultis locis quis permoveri possit; tamen contra eam conabor probare *β* minime redire ad aliquod formae *α* exemplum, sed ad alium librum quendam, quem dicamus y, ad librum illum quidem, cuius forma in eo exemplo *β*, quod commentaribus et nobis traditum est, evanuit fere, qui tamen erat quondam, cuius reliquias ostendere me posse puto. hic liber y, ut apparebit, compluribus locis cum exemplo *α* congruit, multis plane erat diversus; et erit nobis quaerendum, quomodo haec formarum y et *α* ratio explicanda esse videatur. sed ut primum intellegamus, quo modo haec princeps forma libri *β* hanc speciem, quam nunc quidem habet et habebat iam Alexandri temporibus, acceperit, hoc pono: ab uno vel a pluribus, qui libro *α* uterentur in scholis proposito, adiectas esse sententias et omissas et commutatas atque ordine inversas. (puto hac quae nunc exstat formarum aequabilitate, quam non paucis locis perfectam esse facile videas, multos in errorem esse perductos). ita ex parte recta est tertia sententia, quae conveniat ad eos locos, qui expleti vel repleti sunt (et hoc non raro admodum prave) propter librum *α*, minime est recta, si quis hinc totius libri *β* originem velit expedire. si opinio illa quam dixi tertiam vera esset, necesse esset omnibus locis, qui ex capp. 1—3 afferri possunt, et aequabilitatem et diversitatem formarum ita explicari posse, ut diceremus: auctorem libri *β* proposito usum esse exemplo *α*. hoc fieri posse nego et censeo illud leviter iudicatum. nimirum omnibus locis, quibus sententiarum legimus varietatem, possit quidem dicere quis, sive *α* praeferendum est sive *β*, subfuisse primitus formam *α* et commutatam esse vel in peius vel in melius ab interpolatore; quomodo perfacile est effugere difficultates. accedit, ut, si acciperemus formam *β* esse nihil aliud nisi libri *α* aliquod exemplum interpolatum, non interpolatorem ut solent esse mediocrem, sed aut petulantissimum ac paene lascivum aut insanum necesse esset acciperemus. hoc ex obscuris illis formae *β* locis et ex quaestionum ordine, qui interdum pravissime est in *β* commutatus, concludendum esset.

‚Forma *β* interdum est interpolata'; recte quidem. ‚interdum explicandi fere rationem sequitur'; et hoc recte. sed si concedes quinquaginta vel centum locos, quibus quis ostendat interpolatam esse *β* ex *α* nihil valere ad aperiendam libri orginem, immo ad cognoscendum, quomodo tractaverint homines librum, at paucos locos, quibus dilucide apparet formae *β* dicta nullo modo posse ita intelligi, ut putemus ea esse aut ex *α* orta aut aliunde interpolata, plurimum valere, peto, ut reliqua quoque mea audias, et quaeramus, qua ratione illud exemplum y, quod

primum subfuit formae *β*, inquiramus. — potius statim iam pergam et procedam ad reliqua et dicam, quid ultra sentiam, postea autem locos, quibus utar testimonio, laudabo.

hanc puto rationem intercedere inter *α* et y:
neque liber y neque exemplum *α* principalis et vera Aristotelis forma fuisse videntur mihi, sed uterque liber, et *α* et y, fluxisse ex uno atque eodem fonte (dicimus x), qui qualis fuerit, utrum philosophi liber aliqui an aliud, postea inquirendum erit. ad explicandam rem hoc schemate utar:



Sequentur testimonia ac primum quidem demonstretur eos, qui tractabant l. *β*, ante oculos habuisse formam *α* (hoc iam Spengelii argumentationibus verisimillimum fit):

1.) parte quadam capitis tertii agitur de sententia: *τὸ ἀλλοιούμενον ἅπαν ἀλλοιοῦται ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, καὶ ἐν μόνοις ὑπάρχει τούτοις ἀλλοίωσις ὅσα καθ' αὑτὰ λέγεται πάσχειν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν.* 245^{b}6:

I: *τῶν γὰρ ἄλλων μάλιστ' ἄν τις ὑπολάβοι ἔν τε τοῖς σχήμασι καὶ ταῖς μορφαῖς καὶ ἐν ταῖς ἕξεσι καὶ ταῖς τούτων λήψεσι καὶ ἀποβολαῖς ἀλλοίωσιν ὑπάρχειν. ἐν οὐδετέροις δ' ἔστιν.*

A: *τὸ μὲν γὰρ σχηματιζόμενον καὶ ῥυθμιζόμενον ὅταν ἐπιτελεσθῇ, οὐ λέγομεν ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἐστιν, οἷον τὸν ἀνδριάντα χαλκοῦν..., ἀλλὰ παρωνυμιάζοντες τὸ χαλκοῦν...*

B: *τὸ δὲ πεπονθὸς καὶ ἠλλοιωμένον προσαγορεύομεν. ὑγρὸν γὰρ...τὸν χαλκὸν λέγομεν. καὶ οὐ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑγρὸν...χαλκὸν λέγομεν, ὁμωνύμως τῷ πάθει προσαγορεύοντες τὴν ὕλην.*

Conclusio: *ὥστ' εἰ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὴν μορφὴν οὐ λέγεται τὸ γεγονὸς ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ σχῆμα, κατὰ δὲ τὰ τὰ πάθη καὶ τὰς ἀλλοιώσεις λέγεται, φανερὸν ὅτι οὐκ ἂν εἶεν αἱ γενέσεις αὗται ἀλλοιώσεις.*

his sententiis p. 246^{a}4 adiungitur dictum:

ἔτι δὲ καὶ εἰπεῖν οὕτως ἄτοπον ἂν δόξειεν, ἠλλοιῶσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ τὴν οἰκίαν ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν γεγενημένων. ἀλλὰ γίνεσθαι μὲν ἴσως ἕκαστον ἀναγκαῖον ἀλλοιουμένου τινός, οἷον τῆς ὕλης πυκνουμένης ἢ μανουμένης ἢ θερμαινομένης ἢ ψυχομένης, οὐ μέντοι τὰ γινόμενά γε ἀλλοιοῦται, οὐδ' ἡ γένεσις αὐτῶν ἀλλοίωσίς ἐστιν.

in exemplo *β* hoc additamentum positum est in argumentationis parte prima. grammaticam ergo et logicam explicationem aliquis commiscuit. eo loco autem quo in *α* positum est additamentum, *β* quoque hoc modo incipit (246^{a}25): *ἔτι καὶ ἄλλως ἄτοπον. τὸ γὰρ λέγειν τὸν ἄνθρωπον ἠλλοιῶσθαι ἢ τὴν οἰκίαν* (cf. *α* 246^{a}4). sed cum sententia, quae in *α* sequitur, iam sit praecepta, ex partis

II: *οὐδ' αἱ ἕξεις οὔθ' αἱ τοῦ σώματος οὔθ' αἱ τῆς ψυχῆς ἀλλοιώσεις εἰσίν*

membro *A*: *αἱ μὲν γὰρ ἀρεταὶ αἱ δὲ κακίαι τῶν ἕξεων οὖν ἔστι δὲ οὔτε ἡ ἀρετὴ οὔτε ἡ κακία ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ τελείωσίς τις... ἡ δὲ κακία φθορὰ τούτου καὶ ἔκστασις*

exemplum (v. 17 in *α*, v. 25 in *β*) *ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ τῆς οἰκίας τελείωμα λέγομεν ἀλλοίωσιν (ἄτοπον γὰρ εἰ ὁ θριγκὸς καὶ ὁ κέραμος ἀλλοίωσις. ἢ εἰ θριγκουμένη καὶ κεραμουμένη ἀλλοιοῦται ἀλλὰ μὴ τελειοῦται ἡ οἰκία)...* apportat ille et confundit cum v. 5. hoc modo in *β* orta est sententia v. 25: *τὸ γὰρ λέγειν τὸν ἄνθρωπον ἠλλοιῶσθαι ἢ τὴν οἰκίαν λαβοῦσαν τέλος γέλοιον, εἰ τὴν τελείωσιν τῆς οἰκίας τὸν θριγκὸν ἢ τὴν κεραμίδα φήσομεν ἀλλοίωσιν εἶναι ἢ θριγκουμένης τῆς οἰκίας ἢ κεραμιδουμένης ἀλλοιοῦσθαι τὴν οἰκίαν. δῆλον δὴ ὅτι τὸ τῆς ἀλλοιώσεως οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς γινομένοις.*

primum igitur: *β* loquitur de duabus sententiis, de homine et domo, sed enucleat tantum alteram sententiam sc. de domo. deinde *τελείωσιν* in eam argumentationem transfert, in qua de contrario, *περὶ γενέσεως*, agitur.

Forma *β*, ut vidimus, est retractata, et retractantibus subfuit liber *α*. nunc demonstrare conabor libri *β* primam formam, quam diximus y, eundem fontem (x) habuisse ac librum *α*. hoc probare incipiam eo modo, ut primum quidem demonstrem (2): utrumque exemplum, et *α* et *β*, quibusdam locis eisdem falsum habere sententiarum contextum; deinde: etiam praeter eos locos, quos sub no 2.) tractabo, neutrum exemplum omnibus partibus veram dare cogitatorum speciem, sed plerumque l. *α* servasse primariam sententiam, tamen non numquam alterum librum praebere dicta, quae, etsi in fonte y fuisse putem, non inveniamus in *α*; tertium: unum quidem locum monstrabo, quo, ut assequamur fontis lectionem, necesse sit confundamus librorum dicta.

2.) utrumque librum p. 244ᵃ7 (243ᵇ23), quamquam alius aliis utitur verbis, parum recte fontis dicta intellexisse puto. 244ᵃ7 legimus in *α*:

ὦσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀφ' αὐτοῦ ἢ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλο κίνησις, ἕλξις δὲ ἡ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὐτὸ ἢ πρὸς ἄλλο ὅταν θᾶττον ἡ κίνησις ᾖ τοῦ ἕλκοντος τῆς χωριζούσης (A) [*ἡ χωρίζουσα* (BCD)] *ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ. οὕτω γὰρ συνεφέλκεται θάτερον.* in *β* 243ᵇ23:

ἡ ἕλξις ἤτοι ὅταν πρὸς αὑτὸν ἢ πρὸς ἕτερον θάττων ᾖ ἡ κίνησις ἡ τοῦ ἕλκοντος μὴ χωριζομένη τῆς τοῦ ἑλκομένου. καὶ γὰρ πρὸς αὑτόν ἐστιν ἡ ἕλξις καὶ πρὸς ἕτερον (*καὶ γάρ — ἕτερον* in *β* ex *α* interpolatum esse puto. nam primum in *β* hoc loco verba minime apte sunt posita, cum videas eandem sententiam subesse iam vocibus *ὅταν πρὸς αὑτὸν ἢ πρὸς ἕτερον*.., quae antecedunt. quo modo autem in formam *β* pervenerint, ex eo intelligas, quod in *α* duas legimus *τῆς ἕλξεως* definitiones, 244ᵃ8 et 243ᵇ5. hanc alteram [*ἡ δὲ σύνωσις ἕλξις* (*καὶ γὰρ πρὸς αὑτὸ καὶ πρὸς ἄλλο ἡ ἕλξις*)] puto aliquem in *α* legisse et cum duas in *α* scriptas esse videret desiderasse alteram in *β*, itaque transscripsisse specie paululum mutata et eam loco parum apto).

ad haec Simplicius 1054,5: *ὁρισμὸς δὲ τῆς μὲν ὤσεώς ἐστι κίνησις ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς ἄλλο ἢ ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλο, τῆς δὲ ἕλξεως κίνησις ἀπ' ἄλλου ἢ πρὸς ἑαυτὸ ἢ πρὸς ἄλλο, ὅταν φησίν, θάττων ἡ κίνησις ᾖ τῆς χωριζούσης ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ.* 1054,27: *ἰστέον δὲ ὅτι τὴν λέξιν ταύτην τὴν λέγουσαν ὅταν θάττων ἡ κίνησις ᾖ τῆς χωριζούσης ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ ἔν τισιν ἀντιγράφοις ὁ Ἀλέξανδρος μὴ φέρεσθαί φησι... ἐν μέντοι τῷ ἑτέρῳ ἑβδόμῳ βιβλίῳ ἡ λέξις αὕτη οὕτως ἔχει. ἡ δ' ἕλξις ὅταν ἤτοι πρὸς ἕτερον θάττων ἡ κίνησις ᾖ τοῦ ἕλκοντος μὴ χωριζομένη τῆς τοῦ ἑλκομένου.*

iam antiquis ergo temporibus etsi operam dederunt, ut huic loco gravissimo quae vis subesset intelligerent, nullam invenerunt satis rectam. itaque nonnulli — neque ei stultissimi — totam sententiam *ὅταν — συνεχῆ* praetermiserunt. voces *τοῦ ἕλκοντος* formae *α*, quippe quas non habeat Simplicius, mihi videntur habendae esse inter eas lectiones, quas *τινὲς ἐκ τοῦ ἑτέρου ἑβδόμου βιβλίου μετατεθείκασιν*, quod si verum est, hos habemus *ὁρισμοὺς τῆς ἕλξεως*:

I: *ἕλξις ἡ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὑτὸ ἢ πρὸς ἄλλο* (*κίνησις*), *ὅταν θάττων ἡ κίνησις ᾖ τῆς χωριζούσης ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ.* (*α*.)

II: *ἕλξις ἡ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὑτὸ ἢ πρὸς ἄλλο* (*κίνησις*), *ὅταν θάττων ἡ κίνησις ᾖ ἡ χωρίζουσα ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ.* (*α*.)

III: *ἡ δ' ἕλξις ὅταν ἤτοι πρὸς αὑτὸν ἢ πρὸς ἕτερον θάττων ᾖ ἡ κίνησις ἡ τοῦ ἕλκοντος μὴ χωριζομένη τῆς τοῦ ἑλκομένου.* (*β*.)

tamen prima definitio a secunda non valde est diversa, quin etiam alteram ex altera ortam esse levi mutatione facile videas et concedas *τῆς χωριζούσης* non aliam esse re vera lectionem atque: *ᾖ* (*ἡ*) *χωρίζουσα*. (etiam Shutianorum cod. A trad., ut vidimus, *τῆς χωριζούσης*, tamen B, C, D *ἡ χωρίζουσα*.)

Formam quam praebet exemplum *α* hoc modo vertam: das ziehen ist eine bewegung von einem anderen fort entweder zu sich oder zu einem anderen hin, wobei die bewegung, die das (bis dahin) contiguierliche[1] trennt, '*θάττων*' sein muss (sc. als die des gezogenen). quid significat hoc loco '*θάττων*'? non convenit ‚celerior'. neque enim ita inter se differunt duo illi motus, ut ‚celerior' sit altera quam altera; potius hoc fere exspectamus: ‚plus habere debet gravitatis *τὸ ἕλκον* quam *τὸ ἑλκόμενον*', et Phys. Δ,8,215ᵃ25 „*ὁρῶμεν γὰρ τὸ αὐτὸ βάρος καὶ σῶμα θᾶττον φερόμενον διὰ δύο αἰτίας, ἢ τῷ διαφέρειν τὸ δι' οὗ, οἷον δι' ὕδατος ἢ γῆς ἢ ἀέρος, ἢ διαφέρειν τὸ φερόμενον, ἐὰν τἆλλα ταὐτὰ ὑπάρχῃ, διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ βάρους ἢ τῆς κουφότητος*" docemur

---

[1] *συνεχής* hoc loco significat, ut Bonitzius Ind. Arist. p. 728ᵃ15 vertit, ‚continuitatem ... eam, qua quid cum proximis et contiguis rebus cohaeret', ut p. 242ᵇ26: *τὸ κινούμενον συνεχές ἐστι τῷ κινοῦντι*; minime vero continuitatem illam, ‚qua ipsius rei partes in unitatem coaluerunt', ut melius fortasse quam ‚continuierlich' (ut Prantl vertit) dicamus ‚contiguierlich'.

hanc eandem vim posse subesse huic voci. Quid autem hac de formae *α* dicto est iudicandum? non multum offensionis praebet id, quod voces *τῆς τοῦ ἑλκομένου* desunt in *α*, quas legimus in *β* iure scriptas. valde autem nos offendit mira dicendi ratio *τῆς χωριζούσης ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ*. nemo est quin sciat, quid hoc loco significet dictum; idem est ac ‚*τῆς ἑλκούσης*'. sed qua de causa non hoc simplex verbum scriptum est? suspicio etiam augetur, cum nullo alio librorum loco, quibus de motu agitur, hanc vocem legamus.

Formam, quam legimus in *β*, ita verto: das ziehen ist eine bewegung entweder zu sich oder zu einem anderen hin, wenn die bewegung des ziehenden, die sich nicht trennt von dem gezogenen, schneller ist als die des gezogenen[1], vel: die so stark ist, dass sie das gezogene festhält. supervacaneam omnino esse sententiam *μὴ χωριζομένη* apparet. nam ut taceam de dicendi modo, qui non solum parum acutus est, sed paene obscurus, vel primo obtutu manifestum est hanc sententiam non recte positam esse in definitionis loco. quodsi omittimus duas has voces, habemus eam sententiam, quam unam exspectamus hoc loco, quae quin primo et in *α* et in *β* scripta fuerit, non potest dubium esse, — cuius species fortasse haec fuit: „*ἕλξις ἡ ἀπ' ἄλλου πρὸς αὑτὸ ἢ πρὸς ἄλλο κίνησις, ὅταν θάττων ᾖ ἡ κίνησις ἡ τοῦ ἕλκοντος τῆς τοῦ ἑλκομένου*". sed quomodo, quaeso, voces *χωρίζειν* et *χωρίζεσθαι* hunc in sententiarum ordinem pervenerunt? non una solum illa finitio hoc loco primitus fuisse videtur posita, sed alia praeterea sententia; quae qualis fuerit, inquiramus. probare vult philosophus: *τὸ πρῶτον κινοῦν . . . ἅμα τῷ κινουμένῳ ἐστί* (243ᵃ3). dicitur autem *τὸ ἅμα, ὅτι οὐδέν ἐστιν αὐτῶν μεταξύ*. quaestio instituitur primum de motu locali, ac postquam locutus est philosophus de primo huius motus genere (eorum *ὅσα ὑφ' αὑτῶν κινεῖται*), colligit 243ᵃ14: *ὥστ' οὐδέν ἐστιν ἀναμεταξύ*. tum *τὰ ἕτερα εἴδη τῆς ὑπ' ἄλλου φορᾶς* tractantur, et colligit 244ᵇ1: *φανερὸν ὅτι τοῦ κατὰ τόπον κινουμένου καὶ κινοῦντος οὐδέν ἐστι μεταξύ*. statim pergit: *ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος*, quo motus genere explanato rursus commonet 245ᵃ4: *ὅτι ἅμα ἐστι τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν καὶ τὸ πρῶτον ἀλλοιούμενον*, quod paucis versibus post repetitur, et in cap. fine denuo nobis ea sententia in memoriam revocatur. ergo manifesto id proposuit sibi philosophus, ut in animos nostros inculcaret hanc sententiam, atque omnes puto, qui legunt caput 2, desiderare plane dictum, quod tot iam aliis locis scriptum invenerant, hoc, quo valde opus sit, loco. itaque *ἅμα ἐστὶ τὸ ἕλκον καὶ τὸ ἑλκόμενον* hoc loco exspectamus. quomodo autem oriri poterant hoc ex dicto sententiae *χωρίζειν* et *χωρίζεσθαι*? unam rationem, quae accipi videtur posse, repperit Dielesius, cum videret his sententiis *ἡ χωρίζουσα* et *μὴ χωριζομένη* nihil aliud subesse veri nisi unam Aristoteleam notionem *μὴ χωρὶς οὖσα*, quod idem significat atque *ἅμα οὖσα*[2]. hoc in exemplari illo x scriptum fuisse videtur, sed ab utriusque exempli auctoribus propter difficultatem notionis non solum parum recte intellectum est, sed etiam ita depravatum utrimque, ut cum *χωρὶς* cohaereat cum *χωρίζειν*, quasi clariorem aliam huius verbi formam substituerent, cui scriptor *α* addendum esse ratus, quo appareret, quid sit *χωρίζεται*, adiunxit *ἀπ' ἀλλήλων τὰ συνεχῆ*.

Iam alium locum afferam, quo neutram recensionem servasse rectam lectionem mihi persuasi. legimus p. 247ᵇ9 in *α*: *ἡ δ' ἐξ ἀρχῆς λῆψις τῆς ἐπιστήμης γένεσις οὐκ ἔστιν· τῷ γὰρ ἠρεμῆσαι καὶ στῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν, εἰς δὲ τὸ ἠρεμεῖν οὐκ ἔστι γένεσις. ὅλως γὰρ οὐδεμιᾶς μεταβολῆς* (sed *οὐδεμία μεταβολὴ* H I e h). in *β* hoc scriptum legimus: *ἡ δὲ ἐξ ἀρχῆς λῆψις τῆς ἐπιστήμης οὐκ ἔστι γένεσις οὐδ' ἀλλοίωσις. τῷ γὰρ ἠρεμίζεσθαι καὶ καθίστασθαι τὴν ψυχὴν ἐπιστήμων γίνεται καὶ φρόνιμος.* sententia *ὅλως γὰρ οὐδεμιᾶς μεταβολῆς*, ut videmus, omnino in *β* deest. Simplicius autem legit: *γενέσεως γὰρ οὐδεμία μεταβολή*.

duas ergo habemus sententias, quarum neutram esse rectam facile intellegas, cum Aristoteles ipse l. E, c. 2 p. 225ᵇ15 dixerit, quid hac de re indicaret, *ὅτι οὐκ ἔστι κινήσεως κίνησις οὐδὲ γενέσεως γένεσις οὐδὲ ὅλως μεταβολὴ μεταβολῆς*. quae sententia mihi ad hunc quoque locum non modo apta conveniens videtur, sed plane necessaria. neque tamen veram lectionem servavit *α*, et *β* plane omisit dictum. atque ut nego casu eandem sententiam in *α* corruptam, in *β*

---

[1] formae *β* dictum non una tantum sed duabus potest intelligi rationibus: aut ita, ut post „*ἡ τοῦ ἕλκοντος*" eadem verba „*τῆς τοῦ ἑλκομένου*" simul audienda sint, quae post ‚*χωριζομένη*' sequuntur; aut ita, ut „*τῆς τοῦ ἑλκομένου*" et pendeat a ‚*θάττων*' (specie genet. comparationis) et a *χωριζομένη* (specie genet. separationis). sententiae vis manet eadem.

[2] hanc coniecturam adhuc non editam ut foras dem, Dielesius mihi benique permisit. — cf. Metaphysic. Z. 15, 1040ᵃ15: *εἰ δέ τις φαίη μηδὲν κωλύειν χωρὶς μὲν πάντα πολλοῖς, ἅμα δὲ μόνῳ τούτῳ ὑπάρχειν, . . .* Bonitz, Ind. Arist. 36ᵇ59.

omissam esse, ita opinor in gemini exemplaris natura positum fuisse, ut neutrum exemplum veram servaret sententiam.

3. Enumerare non opus est, quot locis forma *α* exemplaris x dicta servaverit, quae non inveniuntur in *β*. tales locos omnes primo quasi aspectu ipsi videbunt, et iam complures hoc opusculo cognovimus; gravius autem hoc, ut ostendam, quibus locis vestigia saltem exemplaris reliqua sint in libro *β*, quae frustra requiras in exemplo *α*. cuius generis duos locos afferam, etsi alter quidem obstructus est difficultatibus minime mediocribus.

p. 244ᵃ25 in *β* legimus:

ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος οὐδέν ἐστι μεταξύ. τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τῆς ἀπαγωγῆς. ἐν ἅπασι γὰρ συμβαίνει ἅμα εἶναι τὸ ἀλλοιοῦν ἔσχατον καὶ τὸ πρῶτον ἀλλοιούμενον. τὸ γὰρ ποιὸν ἀλλοιοῦται τῷ αἰσθητὸν εἶναι, αἰσθητὰ δ'ἐστιν οἷς διαφέρουσι τὰ σώματα ἀλλήλων. οἷον βαρύτης, κουφότης, σκληρότης. μαλακότης, ψόφος, ἀψοφία, λευκότης, μελανότης, γλυκύτης, πικρότης, ὑγρότης, ξηρότης, πυκνότης, μανότης καὶ τὰ μεταξὺ τούτων, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ θερμότης καὶ ἡ ψυχρότης καὶ ἡ λειότης καὶ ἡ τραχύτης. ταῦτα γάρ ἐστι πάθη τῆς ὑποκειμένης ποιότητος. quorum prima atque ultima verba in *α* quoque inveniuntur (sed prima breviore forma, quod nihil ad rem). sed post sententiam *ἐν ἅπασι γὰρ συμβαίνει ἅμα εἶναι τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν καὶ τὸ πρῶτον ἀλλοιούμενον* manifestam esse lacunam Spengel docuit, neque enim quicquam nisi voces *ὑπὸ τῶν εἰρημένων* reliquae. haec lacuna autem expleri potest. nam Simplicius integrum habuit textum *α*, ut Spengel p. 331 probavit. quem secutus ex Simplicii commentariis et additamento alteri formae sex codd. adiuncto Prantl mihi lacunam recte explevisse videtur, cum scripsit: „*(ὑπόκειται γὰρ ἡμῖν τὸ τὰ ἀλλοιούμενα κατὰ τὰς παθητικὰς λεγομένας ποιότητας πάσχοντα ἀλλοιοῦσθαι·) τὸ γὰρ ποιὸν ἀλλοιοῦται τῷ αἰσθητὸν εἶναι, αἰσθητὰ δ'ἐστίν, οἷς διαφέρουσι τὰ σώματα ἀλλήλων· (ἅπαν γὰρ σῶμα σώματος διαφέρει τοῖς αἰσθητοῖς ἢ πλείοσιν ἢ ἐλάττοσιν ἢ τῷ μᾶλλον καὶ ἧττον τοῖς αὐτοῖς· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀλλοιοῦται τὸ ἀλλοιούμενον)*". hanc ad explicationem hoc unum valet: in *α* non posita fuerunt exempla *οἷς διαφέρουσι τὰ σώματα ἀλλήλων* (quod ignoravit Rose, qui quamquam in universum eodem fere modo resarciendum esse quo Prantl censuit tamen omnia exempla quae forma *β* offeruntur exemplo *α* addidit). nam Simplicius etsi affert *θερμότητες, ψυχρότητες, ξηρότητες, ὑγρότητες, γλυκύτητες, πικρότητες,* haec tamen non sumpsit ex libro *α*, sed ex categor. VIII, ut equidem puto. nam ipse dicit p. 1057,56: *εἶδος δὲ ποιότητος ἐν Κατηγορίαις τὸ κατὰ τὰς παθητικὰς ποιότητας ἔγνωμεν, τέταρτον τοῦτο μετὰ τὴν ἕξιν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὸ σχῆμα. παθητικαὶ δὲ ποιότητές εἰσιν, ὧν ἡ ἀντίληψις διὰ πάθους γίνεται τοῖς αἰσθανομένοις, οἷαί εἰσιν . . .*" *ξηρότητα* autem et *ὑγρότητα* quae non leguntur in categoriis ipse Simplicius addidit, quas saepenumero legisset in Aristotelis aliis libris. — illa igitur exempla in libro *α* posita non erant, sed valde eis opus est. neque enim ullo praeter hunc loco nisi illo categor. capite in philosophi libris agitur de *παθητικαῖς ποιότησιν*, et auctor formae *α*, si cognita habuisset exempla illa, certo opinor scripsisset. non puto omnia, quae *β* laudat duodeviginti exempla primitus hoc loco fuisse posita — quod repugnat usitato dicendi generi quod tum quidem valuit — tamen nonnulla, et quivis peripateticus alia, quae dispersim legerat in Aristotelis libris, collegerat, ut plenum haberet collectaneorum dictorum thesaurum, margini adscripserat. omnia esse interpolata aliis ex locis negem, quod hoc quoque loco liber *β* dubium non est quin fontis verba recta et plena non servaverit, notio enim „*παθητικαὶ ποιότητες*" in *β* plane deest. quomodo autem fieri potuisse putes, ut cum deesset notio, notionis exempla colligerentur? dixerit quis Themistii dictis, quae legimus p. 205,1, concludi tamen posse compluria exempla in *α* posita fuisse, nam dicit ille: „*ἀλλοιοῦται δὲ τὰ αἰσθητὰ καὶ ὑπὸ αἰσθητῶν, αἰσθητὰ δέ ἐστιν ταῦτα, οἷς διαφέρει σῶμα σώματος, βαρύτης, κουφότης καὶ θερμότης, ψυχρότης καὶ τὰ σύστοιχα*", sed Simplicii dicta multo plus valent, qui plane non habuerit exempla, et puto Themistium hoc uno loco, quia viderit libro *α* non satis explicari sententiarum vim, sumpsisse exempla ex *β* et utriusque generis illa duo, quae priore et altero loco habeat *β* (244ᵇ16: *βαρ.*, *κουφ.*, ᵇ18 *ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις, ὧν ἐστὶ καὶ ἡ θερμ. καὶ ἡ ψυχρ.*). idem valet de Philopono p. 876,2: *οὔκουν ξένον, εἰ καὶ ἀψοφίαν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς κατηρίθμησε τῇ ἀκοῇ κρινομένην, ὥσπερ καὶ τὸν ψόφον.*

p. 246ᵇ3 sqq. docemur notionem virtutis comparatione tantum quaeri posse, non simpliciter per se aestimari: *ἔτι δὲ καί φαμεν ὁπόσας εἶναι τὰς ἀρετὰς ἐν τῷ πρός τι πῶς ἔχειν. τὰς μὲν γὰρ τοῦ σώματος, οἷον ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν, ἐν κράσει καὶ συμμετρίᾳ θερμῶν καὶ ψυχρῶν τίθεμεν, ἢ αὐτῶν πρὸς αὑτὰ τῶν ἐντὸς ἢ πρὸς τὸ περιέχον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ κακίας. ἑκάστη γάρ ἐστι τῷ πρός τι πῶς ἔχειν, καὶ περὶ τὰ οἰκεῖα πάθη εὖ ἢ κακῶς*

διατίθησι τὸ ἔχον· οἰκεῖα δ᾽ ὑφ᾽ ὧν γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι πέφυκεν. cui respondent in β: *ἀρετὴ δὲ πᾶσα καὶ κακία τῶν πρός τι, καθάπερ ἡ μὲν ὑγίεια θερμῶν καὶ ψυχρῶν συμμετρία τις ἢ τῶν ἐντὸς ἢ πρὸς τὸ περιέχον, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κάλλος καὶ ἡ ἰσχὺς τῶν πρός τι· διαθέσεις γάρ τινες τοῦ βελτίστου πρὸς τὸ ἄριστον, λέγω δὲ τὸ βέλτιστον τὸ σῶζον καὶ διατιθὲν περὶ τὴν φύσιν.*

Nemo est quin videat sententiam *διαθέσεις γάρ τινες τὸ ἄριστον* esse ineptam. Topic. Γ. 1, 116^{b}18 sqq. legas finitiones vocabulorum *ὑγίεια, ἰσχύς, κάλλος*. sed eamne sequamur rationem, ut satis esse dicamus, si appareat voces illas esse ineptas? ineptiae quoque fortasse nobis in usum venire possunt. nam aliquo modo eas necesse est in mente hominum ortas esse. quid cogitemus de sententia illa? age omissa paulisper hac continuamus: ‚*λέγω δὲ τὸ βέλτιστον*...‘, quae prorsus est Aristotelica sententia. hanc aeque ac illam ‚*ἀρετὴ*... *ἡ ἰσχὺς τῶν πρός τι*‘ auctor formae β recte quidem scripsit; sed in proposito exemplari lacuna erat hoc loco, quo id dictum, quod libro α servatum est, quod ad *τὰ οἰκεῖα* pertinet, necesse erat inveniri (variatum fortasse illud vocis *εὖ* vice superl. *βέλτιστα*). quod si rectum sit, sententia *λέγω δὲ τὸ βέλτιστον* fuerit explicatio valde apta. unde sumpserit auctor libri β dictum ‚*διαθέσεις γὰρ*...‘, quod supplendi causa addidit, nimirum certo dici non potest; neque tamen ei loci, quibus philosophus de notione ‚*ἀρίστη διάθεσις*‘ loquitur, sunt rari.

4. Nunc ad eum locum venimus, quo maxime permotus sum ut sequerer sententiam quam pronuntiavi sc. subfuisse utrique exemplo unum commune exemplar. legimus p. 242^{a}18 in α:

ἀνάγκη εἶναί τι τὸ πρῶτον κινοῦν καὶ μὴ βαδίζειν εἰς ἄπειρον· μὴ γὰρ ἔστω ἀλλὰ γενέσθω ἄπειρον. κινείσθω δὴ τὸ μὲν Α ὑπὸ τοῦ Β...

quibus respondent in β:

οὐ δὴ εἰς ἄπειρον πρόεισιν, ἀλλὰ στήσεταί που καὶ ἔσται τι ὃ πρώτως αἴτιον ἔσται τοῦ κινεῖσθαι. εἰ γὰρ μή, ἀλλ᾽ εἰς ἄπειρον πρόεισιν, ἔστω τὸ μὲν Α ὑπὸ τοῦ Β κινούμενον...

Brandis p. 846 sententiam quam legimus in α hoc modo recte vertit ‚es muss ein erstes bewegendes geben; denn Rückgang ins Unendliche ist undenkbar nach der Voraussetzung, dass das Unendliche immer nur werde, nimmer sei‘ sententiae autem formae β haec plane alia subest vis: ‚... denn angenommen, es gebe kein erstes bewegendes, sondern es fände der progressus in infinitum statt, so werde denn *A* von *B* bewegt...‘ utraque sententia hoc loco necessaria est. nam dicto formae α intellegimus, quid sit *τὸ ἄπειρον*; verbis autem exempli β argumentatio, quae in utroque textu sequitur, obliqua inchoatur. in fonte ergo illo duplex mihi videtur fuisse argumentatio: *ἡ κίνησις οὐκ εἰς ἄπειρον πρόεισιν.* I. *τὸ γὰρ ἄπειρον ἔστιν, οὐ γίγνεισι·* II. *ἀλλ᾽ εἰ πρόεισιν εἰς ἄπειρον, ἔστω τὸ μὲν Α*...

perpaucis verbis, quae legimus plura in altero libro, inest argumentatio: quod si respexeris, haud credes dictum illud esse additum ab ullo peripatetico aliunde.

Manifestum esse mihi videtur fontem omnino fuisse, ad quem aliquo modo redeunt et α et β, et hoc unum exemplis quas attuli adductus sane habeo persuasum: minime fieri posse, ut forma β habeatur nihil aliud nisi exemplum et corruptum et interpolatum libri α.

Quid autem dicere possumus de exemplari illo communi? probari posse puto id non libro speciem rettulisse. nam errores inveniuntur, in quos qui erravit induci non potuit nisi dicentis vel disserentis philosophi verbis.

p. 247^{b}1 legimus in α: *ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ αἱ τοῦ νοητικοῦ μέρους ἕξεις ἀλλοιώσεις, οὐδ᾽ ἔστιν αὐτῶν γένεσις. πολὺ γὰρ μάλιστα τὸ ἐπιστῆμον ἐν τῷ πρός τί πως ἔχειν λέγομεν. ἔτι δὲ καὶ φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῶν γένεσις. τὸ γὰρ κατὰ δύναμιν ἐπιστῆμον οὐδὲν αὐτὸ κινηθὲν ἀλλὰ τῷ ἄλλα ὑπάρξαι γίνεται ἐπιστῆμον. ὅταν γὰρ γένηται τὸ κατὰ μέρος, ἐπίσταταί πως τῇ καθόλου τὸ ἐν μέρει.*

cui respondent in β p. 247^{a}28: *ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ἐν τῷ διανοητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς ἡ ἀλλοίωσις. τὸ γὰρ ἐπιστῆμον μάλιστα τῶν πρός τι λέγεται. τοῦτο δὲ δῆλον· κατ᾽ οὐδεμίαν γὰρ δύναμιν κινηθεῖσιν ἐγγίγνεται τὸ τῆς ἐπιστήμης, ἀλλ᾽ ὑπάρξαντός τινος· ἐκ γὰρ τῆς κατὰ μέρος ἐμπειρίας τὴν καθόλου λαμβάνομεν ἐπιστήμην.*

videmus igitur ex α duas sententias probari posse, quas hoc modo vertam:

I. das sichverhalten des denkenden teiles der seele ist keine qualitative änderung.
beweis: das wissen ist relativ.

II. von dem sichverhalten des denkenden teiles der seele giebt es kein entstehen.
beweis: dasjenige, was der potentialität nach ein wissendes ist, wird nicht dadurch zu einem wissenden, dass es selbst bewegt wird, sondern dadurch, dass ein anderes vorhanden ist.‘

Altera sententia in β deest, itaque demonstratio altera in β ut demonstratio prioris sententiae legitur. sed videamus demonstrationem illam alteram, cuius errorem Spengel satis explicavit. tamen non idem hoc loco concludo ac Spengel. putamus, quaero, hominem Graecum, cum propositum literis scriptum ante oculos haberet, tautas perfecisse ineptias? minime credo. et equidem hanc unam tantum rationem possum sequi, ut putem auctorem formae β, cum per colloquium his de rebus ageretur, literis mandavisse orationis quantum posset, neque tamen, cum commentari domi conaretur ea quae notis excepisset, recte dicta singula reficere potuisse. vi sententiae ‚κατὰ δύναμιν‘ nescio an sit in Arisiotelis doctrına, quo minus carere possint etiam ii, qui Aristotelis philosophiae rudimentis tantum imbuti sunt. — qui hunc locum scripsit, non aptus erat edendo vel conficiendo vel describendo libro. sed necesse est concludamus fecisse eum tironem, qui dicta praeceptoris neque satis percipere neque prorsus sequi posset. quod concludi potest vel ex seqq. verbis, quibus agitur, ut ex α intelligimus, hac de sententia: ‚die wissenschaft begreift das im werden begriffene besondere durch das in ihr ruhende allgemeine‘ (cf. Brandis p. 851 et St. Hilaire p. 433 vers. et 312 paraphr.). sed β habet contrarium! nemo iam dicere potest, postquam hic locus allatus est, librum β esse „retractatum exemplum formae α.“ quid iudicemus de auctore formae β? sane non eorum erat, qui Eudemi more in libris scribendis Aristotelis vestigia sequerentur, non eorum, qui παραφράσεις conscriberent, non eorum, qui gloriae litterariae avidi variis ex lectionibus minuta subtilitate conficerent librum. hi omnes erant docti certe viri.

Concludo autem hoc modo:

1.) neque α neque β ab Aristotele sunt l. l. scripti. nam compluribus locis, ut vidimus, errores insunt, qui philologi emendatione tolli non possunt, immo quorum origo repetenda est ab auctoribus exemplorum. apparet autem idem aliis his rebus: primum facile videas miram saepe in l. H esse dicendi rationem, cum eae partes, quibus non multum ultra primas Aristotelis physicae doctrinae litteras progredimur, late et verbose scriptae sint, difficillimae autem definitiones interdum nimis breviter atque etiam obscure pronuntiatae eis ipsis locis careant explicatione quibus maxime eis opus est. deinde non dubitandum est, quin Aristoteles, si ipse conscripsisset hunc librum, interdum ut alios suos libros laudaturus fuerit.

2.) cogitata sunt Aristotelıs. ne unum quidem dictum inveniri potest quod vocari possit in suspicionem[1].

3.) commune exemplum traditum est non litteris sed voce.

Utriusque ergo libri origo mea quidem sententia repetenda est aliquo modo a commentariis, qui a tironibus notis excepti sunt in schola philosophi de natura docentis.

Idem constat ab aliis et a primo Scaligero, cuius sententiam mox accuratius cognoscemus, iudicatum esse de aliis philosophi libris, plerumque tamen ut nunc quidem putant plerique docti, nullo iure. sed spero fore, ut appareat rationem, quam nos inimus, longe aliam esse atque plurimorum, qui ante hac de re scripserunt. hoc enim tenendum est: in Phys. H nos repperisse locos, quibus apparere videatur formam dictorum orginem a nullo habere posse nisi a tirone aliquo. quod quantum scio aliis de libris adhuc non probatum est.

Formam, qua nobis servatus est, liber β accepit ante a. a. Chr. n. 250. neque enim inde usque ad Andronici tempora Aristotelis scripta tractabant accuratius, et post Andronicum pervenisse eum hanc in formam nobis ea de causa est negandum, quod dubium esse non potest, quin Alexander hoc non ignoraturus et Simplicius nobis traditurus fuerit.

Quantum tiro ille, cuius ex libello formam α ortam esse diximus, domi praeceptoris verbis quae in schola descripsisset addiderit, quantum idem valeat de auctore formae β vel y, quantum denique redactor ultimus vel redactores, cum insereretur l. H. in seriem Physicorum, exemplar utrumque retractaverint — haec omnia ignoramus plane. utramque autem formam omnino commutatam esse etiam post ea tempora quibus doctrinae Aristotelicae studii et institutionis causa peripatetici eis uterentur et β quidem ut ita dicam transformaretur fere in α, apparet dilucide duobus locis, quibus, ut bono iure l. H. inseruisse videretur, redactor revocet qui legunt in alios quosdam libros, dico Prtl. p. 139,4 „εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἐν τοῖς πρότερον“ (sc. l. V,4) et Bkk. p. $247^{b}7$ (alter formae est α, alter β) „ταῦτα δ'εἴρηται καὶ ἐν τοῖς πρότερον“. alii quoque complures eiusdem fere modi loci exstant in H, de quibus primo quasi aspectu quis possit dubitare, sunt $247^{b}12$ et $248^{b}1$, neque tamen ulla re possumus cogi negare hos locos ad

---

[1] cf. dissertationem meam.

Aristotelem ipsum recedere, qui, ut omnes magistri, in memoriam reduxerit interdum quae prioribus scholis enarrasset. neque enim quicquam legimus bis quidem locis de *„τοῖς* [sc. *βιβλίοις*] *πρότερον“*, sed haec tantum: *„οὕτω γὰρ τὸ θᾶττον ἐλέγετο“* $248^{b}1$, et idem valet de p. $247^{b}12$ *„καθάπερ εἴρηται πρότερον“*, quod dictum non ad redactorem pertinere iam ex eo concludas, quod *„καθάπερ“* in *β* alia cum sententia coniuncta est, ut pridem dixi. — his difficultatibus non permoti solum, sed coacti hoc quod facile quis iubeat omnino omittendum est nobis: ut etiam ultra progrediamur, ut magis quam fecimus penetremus in formarum originis rationem et explicare conemur omnes discrepantias. hoc fieri nequit. sunt enim praeter illa tria genera discrepantiarum (dico primum eos locos, quibus ad fontem x procedere nos posse credam, tum eos, quibus appareat, quomodo libri *β* partes multae ortae sint, cum proposito esset *α*, deinde eos, quibus plane interpolatum esse textum *β* ex *α* cognoverimus — quae omnia genera extare etiamnunc vidimus), sunt, dico, in *β* quartum permulti quoque loci prorsus diversa specie, qui differant ab *α*, de quibus adhuc tacui fere. ac non multum dici posse de eis censeo. sed dixerit quis de his quoque inquirendum quidem esse accuratius et omnes quae differunt ab *α* voces formae *β* comparandas esse cum eis, quae respondeant in altero exemplo, hoc enim modo posse discerni, quantum in *α*, quantum in *β* Aristotelis loquendi usus conservatum sit. ut exemplo utar: dixeritne Arist. *εἰλήφθω* aut *ἔστω τὸ εἰλημμένον*? *βαδίζειν εἰς ἄπειρον* aut *προιέναι*? *μεταξύ* aut *ἀναμεταξύ*? hunc laborem subii et confiteri liceat mea quidem sententia nihil plane effici gravius eo; longe plurimis cognoscimus synonyma tantum exstare; quorum utrumque Aristotelicis quoque locis probari possit exemplis. (de simplicibus vocabulis taceo ut *λέγοντος* pro *προσαγορεύοντος* [$245^{b}16$]), sed afferam $244^{b}11$ in *α*: *„ἡ γὰρ αἴσθησις ἡ κατ' ἐνέργειαν κίνησίς ἐστι διὰ σώματος, πασχούσης τι τῆς αἰσθήσεως“* *β* habet: *„ἡ γὰρ ἐνέργεια αὐτῶν* sc. *τῶν αἰσθήσεων κίνησις...“* et $247^{a}12$ *„ἢ γὰρ οἷα ἔπαθον μεμνημένοι ἥδονται, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν“*. in *β* legimus: *„ἢ γὰρ οἷα ἐπάθομεν μεμνημένοις τὸ τῆς ἡδονῆς ἢ οἷα πεισόμεθα ἐλπίζουσιν“*[1]. deinde non paucis aliis locis magis inclinat animus, ut sequamur *α*, quod sit maiore ex parte acrius[2]. (Prtl. 136,3 in *α* legimus *„ὃ κινεῖται καθ' αὑτό, ἀλλὰ μὴ τῷ τῶν τούτου τι κινεῖσθαι“*. in *β* *„καθ' αὑτό, ἀλλὰ“* non invenimus, ut unum ex plurimis afferam), inprimis in particularum usu (a. e. Prtl. 136,9 in *α*: *εἶτα*, quod hoc loco unum est rectum; in *β*: *ἔτι*. tribus verss. post in *α* recte: *ἀλλά*, falso in *β*: *τοίνυν*). sed tamen ignoramus, utrae particulae pertineant ad dicta, quae ipsa in schola descripta sunt, utrae additae sint ab eis, qui bene cognitum haberent philosophi sermonem redactores peripatetici. nam quibus de temporibus loquimur? nempe de eis, quibus scripsisse peripateticos quosdam sciamus libros non paucos, qui praeclare imitentur sermonis genus Aristotelici, ut librum, qui fertur Aristotelis *περὶ ζῴων κινήσεως*. — deinde harum varietatum partis quidem cuiusdam hoc modo enodare originem nulla re vetamur, ut dicamus: sunt variae simplices lectiones. ut p. $244^{a}7$ habent omnes formae *α* codd. *ὁρισμῶν*, quod unum est rectum, rec. *β* plurimi praebent *εἰρημένων*, pauci *ὡρισμένων*, nonnulli *ὁρισμῶν*. apparet ex *ὁρισμῶν* primum ortum esse *ὡρισμένων*, deinde hac ex voce corruptum *εἰρημένων*.

Compluribus autem locis hoc etiam contra valet et praeferenda facile videantur formae *β* dicta. ut p. $246^{a}13$ in *α* legimus: *„ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ τελείωσίς τις (ὅταν γὰρ λάβῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρετήν, τότε λέγεται· τέλειον ἐστι, ἕκαστον...)..“* et in *β*: *„...(ἕκαστον γὰρ τότε μάλιστα τέλειόν ἐστι, ὅταν τύχῃ τῆς οἰκείας ἀρετῆς..)..“* Metaphys. p. $1021^{b}20$ videmus et aliis locis philosophum hac in re potius *„οἰκεῖος“* quam *„ἑαυτοῦ“* usurpasse. nam legimus ibi: *„ἕκαστον γὰρ τότε τέλειον..., ὅταν κατὰ τὸ εἶδος τῆς οἰκείας ἀρετῆς μηδὲν ἐλλείπῃ μόριον τοῦ κατὰ φύσιν μεγέθους“*.

Deliberandum est nobis, quantum ex eis, quae hoc de uno libro conclusimus, pro universo corpore operum Aristotelis valeat. nam quod nos iudicamus de Physic. H, ab aliis pronuntiatum

---

[1] nisi quid tribuere velis illi *τὸ τῆς ἡδονῆς*, quod non est Aristotelis. tales parvos sermonis errores iam Spengel tractavit, ac ne l. *α* quidem eis omnino caret cf. $243^{a}3$: *„τὸ οὗ ἕνεκεν“*, quod in *β* quoque legimus. Aristoteles dicit *ἕνεκα*. cf. Eucken: „Über den sprachgebrauch des Aristoteles. Beobachtungen über die praepositionen“ 1868 p. 18.

[2] cum generaliter quidem dicere possimus librum *α*, quod ad dicendi genus pertinet, offensionis nihil fere praebere (quamquam nonnulla hoc in textu adhuc non emendata sunt, ut Prtl. 136,13 *κινήσεται*, quod scribendum est *κινηθήσεται*), dixerit quis: qua re vetamur putare rem ita se habere, ut forma *β* tantum orta sit ex tironum descriptis, *α* autem sit exemplar ab ipso Aristotele scriptum, sed postea male tractatum? quae sententia stare non potest his de causis: primum intelligi non posset, si recte dictum esset illud, quo modo esset factum, ut eisdem ipsis compluribus locis, quibus falsa *β* dat, ne *α* quidem servasset vera. sed si hoc quoque meum recuses, — minime tibi persuadeas fieri potuisse, ut, quamquam exstaret Aristotelis exemplum, malum aliquod descriptum in usum reciperetur.

est de aliis philosophi libris, et quaerendum est, ecquid confirmetur nunc priorum illorum sententia.

Hanc ad quaestionem solvendam necesse est longius circumspiciamus et videamus breviter, quid viri docti de toto Aristotelis librorum corpore, quomodo ortum editumque esset, exquisiverint.

Omnia fere quae nobis servata sunt Aristotelis opera eius sunt generis quod dicebatur *πραγματεῖαι*. et hoc unum certo constat: haec opera omnia pertinere ad litteras, quae in scholis a philosopho habitis tractari solebant[1]. sed quomodo accipiamus hoc ‚pertinere‘, etiamnunc est controversia. erant qui putarent philosophum ipsum omnes libros ad verbum fere conscripsisse et edidisse. quam sententiam vehementissime defendit Stahr in „Aristotelia“ II cap. IV p. 35. tamen etiamsi omittimus ea, quae ab antiquis de Aristotelis operum origine et editione nobis tradita sunt, si omittimus quod illorum sententia nulla re probari possit, in ipsis philosophi libris loci insunt, quibus illorum opinionem sequi vetemur. iure dicit Zeller II,2 p. 132: „Jene vielbesprochenen nachlässigkeiten des stils, jene wiederholungen, welche uns in diesen meist so knappen darstellungen nicht selten überraschen, jene einschiebsel, die einen sonst wohlgefügten fortschritt der rede unterbrechen, begreifen sich am leichtesten, wenn man annimmt, an die schriften, worin sie sich finden, habe ihr verfasser selbst die letzte hand nicht mehr gelegt“. his quas enumeravit Zeller difficultatibus iam pridem multi viri docti permoti sunt, ut putarent omnes *πραγματείας* eo modo ortas esse, ut tirones, qui scholis philosophi intererant, notis exciperent dicta praeceptoris, gravissimas partes vel dictante philosopho, — egressosque ex auditione quae annotavissent commentatos esse. hanc coniecturam a primo Scaligero explanatam, quam cum alii sequebantur tum Oncken, omnino accepi non posse ei, quorum valet his in rebus iudicium, satis cognoverunt. Rhetor. l. l. I et II, ut unum tantum ex multis afferam exemplum, eadem forma qua nobis sunt servati ab ipso Aristotele conscripti sunt[2]. Aristotelis ergo *πραγματεῖαι* omnino neque libri sunt ab ipso philosopho editi vel ei, quibus extremam manum imposuerit, neque sunt dictata professoris academici calamo excepta. sed videntur pleraeque commentarii esse, quibus Aristoteles ad suum in schola usum partim leviter complexus est quae tironibus enarrare vellet, partim accurate et plene, prout res postulare videretur aut satis otii nactus esset aut animi impetu permoveretur, partim etiam copiose, interdum fuse conscripsit.[3] multa quoque memoriae causa hos in libellos rettulit, quibus contextus sermonis interrumperetur, quin locis quibusdam eisdem si iterum et tertium et fortasse quartum in mentionem argumenti incidit[4].

In diiudicanda quaestione, quomodo Aristotelis *πραγματεῖαι* editae sint, hoc valet: dicere potuimus, si Aristoteles ipse edidisset libros ea forma qua traditi sunt male eos edidisset, itaque negamus eum edidisse, nunc dicere possumus: cum longe plurimis locis servatus sit integer ipsius philosophi sermo, bene ergo sint editi libri, dubitare non possumus, quin foras dati sint a viris, qui peritissimi erant rei, i. e. a familiaribus philosophi discipulis post mortem illius. et nonnullos quidem eorum etiam nunc novimus. sed in edendis libris multi exstabant, qui integri manere non possent. editores quidem, ut nunc quoque nos videmus, haud paucis locis omiserunt, quae eis supervacanea viderüntur, et addiderunt, quae desiderari putarent. atque verisimillimum est

---

[1] cf. Zeller, Hermes XI,95.

[2] ita quidem videlicet, ut in his quoque libris adiecta et retractata sint locis quibusdam nonnulla dicta a peripateticis vel aliis, qui non legebant sed lectitabant studiosius philosophi libros et margine adscribebant sententias, quas aut se vera addendas esse putarent aut ipsi nihil aliud esse vellent nisi interpretamenta, sed hoc in omnibus Aristotelis libris usu venit neque pertinet ad librorum originem.

[3] cf. Bernays, Aristoteles Politik übers., praef. — hanc sententiam inprimis Dielesius et in libris, quos de Aristotelis operibus scripsit, et in schola iam pridem defendit. acceperunt multi, sed ita, ut alii eam in alios libros adhiberent, perpauci concesserunt omnino convenire eam. Zeller etiam de libro, de quo minime si quis non facile ut credat adducatur dubitare posse opinabar, profecto dubitat, sc. de topicis. cf. II,2 p 131 sq.

[4] cf. Christ, Griech. Litt.[1] p. 403 anm. 6, qui quomodo hanc rem optime explanaverit ipse dicit: „ich habe in meinen ausgaben aristotelischer schriften die nachträglichen zusätze mit typographischen mitteln von dem urspgl. entwurf zu scheiden versucht“.

afferri solent, si his de quaestionibus agitur, dicta quaedam Soph. elench. (quibus alloquitur philosophus auditores), Metaphys et Analytic. sententia *μετὰ ταῦτα ὅτι* et vox ipsa *ἀκροάσεις* quae eadem vi usurpatur ac *πραγματεία*. addendum est quod Dielesius (Arch. f. G. d. Ph. I,49) probavit nobis servatos esse in quibusdam scriptis etiam „wenig überarbeitete reste aus seiner (sc. Aristotelis) lehrtätigkeit in der akademie“, ut Gerckii verbis utar. deinde sententiae haud paucae inveniuntur, quas Aristoteles, si voluisset libros legi a populo, certe non scripsisset. v. a. e. *μφ Γ* 1005 b 4: *δεῖ γὰρ περὶ τούτων ἥκειν προεπισταμένους ἀλλὰ μὴ ἀκούοντας ζητεῖν.* Oncken Eth. I,1 1095 a 2,11; ibid. cap. 2. 1095 b 4: fortasse hanc in rem vertere possumus 1009 b 37: *πῶς οὐχ ἄξιον ἀθυμῆσαι τους φιλοσοφεῖν ἐγχειροῦντας.*

editores illis locis, praecipue si adumbratum aut mancum aut parum plenum erat exemplar Aristotelis usui destinatum aut deerant plagulae in eo, in suam rem convertisse quae tirones in schola annotaverant. . hactenus Scaligeri, quam dixi, sententia in universum vera videtur esse.

Restant autem nonnullae *πραγματεῖαι*, ut liber *περὶ ἑρμηνείας*,[1] in quas non convenit quam accepimus originis ratio. neque erraturos esse nos puto, si in horum quidem librorum quosdam, ut in Physic. H fecimus, transducamus vel accomodamus veterem illam Scaligeri sententiam, quamquam eorum eventus, qui adhuc de eis quidem libris, qui servati sunt, hoc demonstrare conati sunt, animum nobis non confirmare videntur. saepe ut dixi pronuntiabant veterem illam sententiam, demonstrabant rarius neque ei umquam ut opinor certo. nuper etiam Marx[2] probare conatus est hanc coniecturam convenire ad Rhetorica, sed valde errasse eum Vahlen[3] cognovit. Marxii enim sententia nititur versibus, qui in Rhetor. ex poetarum operibus parum accurate laudantur, neglecta dispositione aliisque levibus, quae in l. l rhet. inveniri putat vitiis. similem rationem illi quoque, qui ante eum idem senserant de aliis libris, inierunt. tamen hac via nihil effici posse apparet, quod non demonstratur a tirone scriptum esse opus, de quo agitur. optimum exemplum probationis haberemus, si quis probaret cogitata orginem accepisse a nullo posse nisi a praeceptore, formam libri a nullo nisi a tirone. et fortasse iam iure quis sententiam illam etiam aliis libris, qui servati sunt, adhibuit (ut mea quidem sententia optimo iure Grant[4] l. de interpretatione) neque tamen comprobavit.

Iam Zeller[5] monuit incipiendum esse ab iis libris qui compluribus traditi sunt recensionibus, neque vero audiverunt eum — nisi perpauci, qui tamen perverse atque perperam interpretarentur illius dictum. nam in Artstotelis operum corpore praeter Phys. H alii quoque libri sunt, qui duplici forma traduntur[6]. et quamquam non negem fortasse eandem quam de Phys. H adhibebam rationem etiam valere de aliis, nonnumquam petulanter fere viri docti quidam iudicaverunt de duplicibus illis exemplis. sunt enim complures libri, quorum varietas formarum nulla in alia re posita est nisi in particulis et aliis minoris momenti vocabulis. et hoc tenendum est hac in diiudicanda re prorsus alia tractandi ratione opus esse: aliorum enim scriptorum antiquorum libri iam praemature redactores nacti sunt, qui constituerunt contextum; his in libris, quorum sunt Callimachi carmina, perpaucas invenimus varias lectiones; alii postea, et plures habemus discrepantias, ut in Theocriti operibus; alii tardissime, et maximum invenimus varietatum numerum, ut Aristotelis trecentos post annos! itaque permultos habemus in eius libris locos, qui per tempora graviter commutati sunt, quin etiam quibusdam in exemplaribus eorum tot exstiterunt, ut ea nonnulla post saecula aliam fere speciem praeberent. ut omnes homines sic etiam omnes librarii sua ipsorum verba, quae propria habent, amant. alter dicit potius *ἄλλος*, alter *ἕτερος*, atque hoc vel inscii, et cum in philosophorum quidem libris transscribendis nil fere interesse crederent antiqui librarii, utrum scriberent *ζητητέον* an *δεῖ ζητεῖν* (plane alia res erat in carminibus, epistolis, dialogis, orationibus), celerius perficiendi operis causa quasi cursim et negligenter scribebant. etiam in Phys. H permultas discrepantias hoc modo ortas esse puto, sed multo graviores praeterea exstare non paucas vidimus plane alii generis, in aliis autem libris[7], ut in l. l. de anima omnes varietates recensionum huius sunt modi sed spectes discrepantias in ll. de anima, quae inveniantur inter vulgatam recensionem et cod. E fragmenta quaedam (ed. Biehl p. 105 sqq.) et intelliges eas omnes esse huiusmodi: *ᾗ δύναται* et *ὃν δύναται τρόπον*. *φαίνεται* et *δοκεῖ*. *θιγγάνειν* et *ἅπτεσθαι*. *πῶμα* et *φράγμα*· variae ergo sunt lectiones, quae omnino nullo in Aristotelis libro desunt, sunt eius generis, cuius attuli exempla. sunt permultae in l. de anima; sed pro Phys. H admodum rarae et de

---

[1] „welche schrift zwar ihrem inhalt nach mit der aristotelischen lehre durchaus übereinstimmt, aber sich vielfach über sätze der elementarsten art in schulmässigen erörterungen verbreitet, wie sie Aristoteles, sollte man glauben, in der zeit, in welche ihre abfassung fallen müsste, nicht mehr nötig gefunden hatte“. (Zeller p. 70 anm. v. 33.)

[2] Abhdlg. d. Sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1900. VI. 241.

[3] Sitzgsber. d. Akad. d. Wiss Berl. 1902, X.

[4] „Aristoteles“ von A. Grant. Dtsch. v. Imelmann Berl. 1878 p. 48.

[5] p. 133.

[6] quorum complures non servati sunt libri, et ex commentatorum tantum dictis notitiam ferimus de illorum duplicibus formis.

[7] multi ut Shute inciderunt in errorem, quod acciperent omnino duo tantum exempla semper. praeter ea duo, ad quae qui nobis servati sunt codices redeunt l. l. de anima, fortasse sex alia exstabant.

eis valet quod Shute falsissime iudicabat de Phys. H. „The two texts... have verg slight difference. The questions to be discussed and the proofs are identical and the order is the same. The chief change noticeable is in the letters taken as symbols for illustration“ (quod ad l. de anima non pertinet, sed videas, quomodo ille operam dederit interpretando l. H!) „though there runs throughout a slight difference in the phraseology“, et his ex parvis rebus non concludi possunt rationes tam graves, quales Torstrikius et Biehlius et alii voluerunt.

Distinguamus igitur et inter libros, qui compluribus ferebantur vel feruntur formis, et inter rationes, quibus horum in librorum explicandis formis utendum sit. nomen „duplicis recensionis“ est idem, res sunt aliae. et singuli libri, qui exstant hac specie, singulatim tractandi sunt. permultae orginis rationes poni possunt, ac ne de Aristotelis quidem eis libris omnibus, quorum habemus complures recensiones vel formas, una atque eadem valebit ratio. adhuc permulta de his velut de politicis in tenebris iacent. si quorundam viam sequeremur, brevi opinor eo perveniremus, ut et de Aristotelis categoriarum et de Xenophontis commentariorum et de Plutarchi libelli de Alexandri fortuna et de Demosthenis Philippicae tertiae duplicibus formis eandem acciperemus rationem orginis explicandae.